

1341. 20 Julii

Ad Contractus Matrimoniales
Requiritur

Ex Marc. Boh. Ballini - est in
Galdasto

55.

Liga Regis Poloniae Casimiri, quod nullum ma-
trimonium velit contrahere absque licentia
Caroli Marchionis Moraviae. Anno 1341.

In nomine Domini, Amen

Est in f. d. Dipl. D. m. c. l. x. v.

Laudabile fore probatur permaximè honestumque, ubi vota Prin-
cipum ad concordiæ flectuntur unionem, per quam pax nutri-
tur commodis providetur subditorum provide. Nos Casimirus
Dei gratiâ Rex Poloniae, indissolubile vinculum inter nos
et Serenissimum Principem Dominum Carolum, Marchionem
Moraviae illustrem fratrem et sororium nostrum carissimum,
perpetuis permanere temporibus, et ipsam in Visceribus gerentes
caritatis, ac nostro toto conamine prosequi in omnibus cupientes:
non obstante quod ejusdem Domini Marchionis soror, Domina
Margaretha Comitissa Palatinatus Aheni, Ducissa Bavariae, &c.,
que nobis matrimonialiter debuit copulari, sit unversè carnis
viam ingressa: et ne propter hoc liga dilectionis, et amicabile
conjunctio, et fidei puritas videatur disjungi inter nos et dissol-
vi, sibi animo urgenti ac desiderabili, perpetuaque unionis
sic facta, promittimus bona fide, tanquam fratri uterino,
in omnibus consiliis, auxiliis, placitationibus et tractatibus
adhaerere, et maxime in contrahendis amicitijs matrimo-
nialibus, quas Deus nobis concedet, faciendis, de nostra pro-
pria persona, et puerum nostrum ipsum prosequi,
et sine ejusdem voluntate nihil facere et attentare quoquo
modo, nisi prius ipsius consilio, auxilio, consensu, ac spe-
ciali super hoc requisita voluntate: quae omnia promitti-
mus et singula in his scriptis inviolabiliter observare.

Actum Pragae Anno Domini 1341. 20 Julii

Ad Iovium Anni 1340.